

fieri potuisse, non dubito, si fieri potuit,
 non esse mirabile, nisi quia raritas ad-
 mirationis mater est, neque enim igno-
 rantia sola causarum videri portentum
 cogit, eadem namque in quotidianis a-
 Etibus interuenit, testante admiratione,
 exemplo utar quo & Cicero utitur, &
 omnis plena est historia. Portentum pu-
 tant Mulam peperisse, itaque in anima-
 libus relatum est, cur quæso? An quia
 vulgo ratio eius partus ignota est? nihil
 equini partus notior, verum iste frequen-
 tior. Raritas igitur, frequentiaque varie-
 tatem pariunt. Quod si ita est: Dicam
 quod à doctis viris dictum video, quo-
 niam quod raro accidit portentum, dici-
 tur, sapiens sicuti reperiatur grande por-
 tentum est, & mulæ partu (nisi fallor)
 rarius, quamquam quod de hoc partu di-
 cunt propè ridiculum videtur. In con-
 ceptione enim, esto si quid est miraculi,
 partus enim ipse non modo non porten-
 tuosus, sed innaturalis, & quodammodo
 violentus est, iam miraculorum eadem
 ratio. Nihil namque miraculosum, nisi
 quia rarum, illa autem dico miracula,
 quæ nil portendere iudicantur, sed admi-
 ratione simplici suspendunt animos mor-
 talium.